

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1586

Autre(s) référence(s) : Fauroux 142 / Tabuteau 211

Auteur(s) : Adam de Saint-Brice [particulier]

Bénéficiaire(s) : Tours, Saint-Julien (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : douteux

Datation : 1059

Lieu d'émission : Bonneville-sur-Touques

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard confirme et souscrit la notice selon laquelle Adam de Saint-Brice donne à Saint-Julien de Tours Roncheville, près de Bavent : en effet, privé de ses droits d'héritage par Guillaume, Adam fut accueilli à son passage à Tours par les moines de Saint-Julien. En retour, il leur donna Roncheville, sous réserve de l'accord du comte Guillaume. Celui-ci ratifie la donation et en accepte la garde. Il donne pour sa part au moine qui demeurerait à Roncheville le bois pour le chauffage et les clôtures, ainsi que la pâture pour le bétail.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Denis Louis-Jean (Abbé), *Chartes de Saint-Julien de Tours (1002-1227)*, Le Mans, Société des Archives historiques du Maine (Archives historiques du Maine ; 12, fasc. 1), 1912, t. XII, n° 26, p. 38.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°142, p. 321-323.

Dissertation critique

Selon D. Bates, deux actes de Saint-Julien de Tours (FAUROUX, n°131, 142 ; SCRIPTA 1575, 1586) connus par des copies « corrompues ». Sur ce point, voir BATES, *William the Conqueror*, 2016, p. 95 et n. 13.

Texte établi d'après b

Cum unicuique mortalium proprium de rebus pro voto agere liceat, id quod sibi placeat, habet ratio fidelium, unde sibi veram salutem adquirat, si pro posse in his creatura creatori deserviat. Quo cognito Adam de Sancto Briccio, cum exheredatus a comite Normannorum Willelmo inter eundum per civitatem Turonum ac redeundum, ab abbate Roberto, a monachis Sancti Julliani martiris Turonensis honorifice multoties susciperetur ac honeste procuraretur et duodecim librarum equo donaretur, Dei tamen inspiratione in capitulum ipsorum venit, ibique Sancto Julliano et monachis ejus Roncavillam sui juris villulam in Normannia prope Bavent sitam, in manum Roberti abbatis dedit et super altare ipsius Sancti Julliani manu firmavit ita tamen si ullo modo impetrare eam possent monachi a comite Willelmo. Deinde abbas Robertus, in Normanniam ad comitem profectus, Roncavillam ab eo facile impetravit et in dominium Sancti Julliani accepit ita quiete et libere ut eam tenuerat Adam ab ipso comite. Postea vero, a comite Willelmo Adam evocatus Normanniam reversus est et benigne a domino receptus est. Igitur in presentia

utriusque apud Bonam villam Robertus abba adfuit, ibique donum quod de Roncevilla Sancto Juliano Adam fecerat confirmavit et in manu comitis, genu ejus osculato, cum baculo custodiendum tradidit. Ut autem hoc firmiter esset et quietius, pro amore Dei et abbatis Roberti vassallique sui Ade Roncavillam comes in propriam custodiam accepit et, de bosco qui Roncaville imminet, monacho qui ibi maneret, ad focum et ad omnes clausuras tribuit, et omnibus jumentis, animalibus pecudibus tam monachorum quam eorum hominum et in plano et in bosco per totum Bavent pasturam omni tempore sine ulla contradictione concessit. Qui ad veritatis testimonium manu propria ipsam cartam firmavit et baronibus suis firmandam tradidit.

Actum apud Bonam villam, anno Incarnationis Dominice .MLVIII., Henrico rege Francorum anno .XXXIII.

Signum Willelmi + comitis. S. + Rogerii comitis de Mungumery. S. + Willelmi comitis de Archis. S. + Mathildelindis comitis. S. Widonis comitis de Briomnia. S. + Rodulphi cubicularii. S. + Ingenulfi. S. + ipsius Ade.